

V c
2939



2.



h. *BR.* XXIV, 19.

I
Vc
2939

EPIGRAMMATA

DEPLORANTIA

OBITVM ILLVSTRIS

SIMIL PRINCIPIS AC DO-

mini, Domini AVGVSTI,

Electoris Saxoniae, &c.

P. M.

AC BENE PRECANTIA

successori, eiusdem filio, Illustrissimo

Principi ac Domino, Domino

CHRISTIANO,

Electori Saxoniae, &c.

Scripta

à

Iohanne Maiore; D.



DRESDÆ

Imprimebat Matthæus Stœckel.

M. D. LXXXVI.





BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

ILLVSTRISSIMO PRIN-
CIPi AC DOMINO, DOMINO
IOACHIMO ERNESTO,
Anhaltino, &c.



Vòd generi tu morte doles IO-
ACHIME: dolorem

Nos laudare æquum est, sed re-
leuare pium.

Si tamen est socium luctus habuisse leuamen:

Aspice quot focias Nata doloris habet.

Moeret eques, patres, plebs, & focia agmi-
na iungit

Ordo Ducum & procerũ, virgineusq; chorus.

Vis plures? pietas cùm sit vox omnibus: unam

Audi, quæ luctus ut moderere rogat.

Cùm mors Augustum vita spoliare volebat:

Ecce fide contra conserit ille manus.

Sed quia victori quoq; non sine sanguine pal-
ma est:

Pars ex Augusti nomine prima ruit.

Præter & au mœstum nil mors decussit ab illo;

Causa est, quòd Christi nomine iustus erat.

A 2

Epigramm

EPIGRAMMA
DE VRBE DRESDA, SV.
PER DEDVCTIONE FVNERIS
Illustrissimi Electoris Saxoniae,
Ducis AVGVSTI, &c.
P. M.



DRESDA suum AVGVSTVM
efferi cum cerneret: inquit;
Quod mihi nunc numen, quod
mihi lumen erit?
Quam visa est mulcere sonis his umbra; qui-
esce,
Funus, non munus fertur ab urbe meum.



EPIGRAMMA

EPIGRAMMA.



Vid mouet hos luctus? AVGVSTVS?
at unde? quòd Orbi

Lumen, & huic urbi numen obisse vident.
Pax custode dolet, tutore Astræa peremto,
Altore & pietas, patria patre suo.
Numina non obeunt; abeunt tamen Orbe
relicto;

Quò? superam ad sedem; quid fugat illa?
nefas.

An lacrymæ hæc reuocant? non; sed præsentia
feruent

Quando preces eadem, quisq; precare
DEVM.



A 3

Epigramm

EPIGRAMMA.



Vm patrem emeritum ad requiem
pia fata repositum,
Spesq; eadem in Nato restat, idemq; decus:
Hic patris imperio, & laudi successit auitæ,
Ut dum nox fieret, manè sit orta dies.
Fræna capit Natus, genitor dum sidera; Soles
Non poterat tellus unica ferre duos.



IDYL.

IDYLLION.



Vnc mœstis Hyacinthe notis da
signa querelæ,
Hei hei flos procerum colla reflectit humi.
Nam dominos in flore duos Hyacinthus
adumbrat,
Albula nempe tuum, lenis & Albi tuum.
Extremæ sub casum hyemis quem funere raptū
Montes, ac nemorum frondea lustra dolent.
Quemq̄; gemunt Vrsi; quem semina clara Leo-
num:
Et faciunt nigri murmura mœsta boues.
Non apibus, volucrumq̄; gregi coniunctior
• ullus,
Quæ mella alueolis, carminaq̄; ore dabant.
Sæpe mali Cuculi ruperunt voce soporem,
Vespaq̄; cum vanis irrequieta sonis.
Hic dominus dominę quę cęca reuoluitur
orbe,
Astræaq̄; tenax cultor & ultor erat.
Et sine vi caussas tenuit, sine sanguine palmam;
Vimq̄; hominis sceptro præbuit ipse Deus.

Pax



Pax, & cana Fides huius sedere sub umbra,
Proq; tubis cultæ personuere lyræ.
Iam videt Heroas, rursusq; videtur ab illis
Qui iuuere pium req; fideq; gregem.
Ne tamen extinctum penitus quis morte pu-
taret,
Nato virtutes liquit, & omne decus.
Qui tale imperium, quale est huic nomen, ha-
bebit:
Quod quia de Christo est, huic date quisq;
fidem.

FINIS.



mc

ou-
ha-
ifp

ULB Halle

3

003 019 667



2. *BR. XXIV,*
E

DEP
OBIT
SIML
mini

AC BE
successor
Princ

Imp

t
Vc
2939

IA
IS
D

TIA
no

